

*A Phys. (Orin.) incurvo Dist. (Biol. Centr.-Amer., Het., p. 285, 8, tab. xxvi, fig. 19, Ecclitotarsus), cuius specimina e Mexico examinavi, differt corpore minore, multo parcior et tenuissime cinereo-pubescente, magis nitido, capite latius nigro, venis membranarum pallidis (nec fuscis), femoribus omnibus totis albidis (nec posticis ante apicem infuscatis vel nigro-annulatis), praecipue pronoto nigro (nec xanescente), non nisi tenuissime (nec dense et longe) cinereo-pubescente, disco ejus postico impressionibus longitudinalibus multo obtusioribus (nec profundis et gibbas duas magnas et altas inter se formantibus).*

### Pristoneura, nov. gen.

*Corpus parvum, alter convexum; capite parvo, lxxi, pronoto fere triplo angustiore, subverticali, ab antico viso latitudine cum oculis distincte breviore, vertice immarginato, fronte medio levissime impressa, clypeo prominente, subcarinato-compresso, sat fortiter arcuato, basi a fronte discreto, ipsa basi mox supra lineam inter scrobes antennarum ductam posita; capite a latere viso brevi, gula vix distinguenda, genis humilibus, angulo faciali recto; oculis oblongis, in genas longe extensis, orbita intiore parallelis; rostro crassiusculo, coxis intermedias attingente; antennae fere ad tertiam inferiorem partem marginis interioris oculorum insertis, articulo primo clypeum vix superante, secundo latitudine capitidis haud longiore, versus apicem sensim leviter incrassato, ultimis longis; pronoto distincte transverso, impresso-punctato, annulo collari distincto, callis ad apicem appropinquatis, valde transversis, parvis, obliquis, disco pone eos versus basin sensim alte convexo, margine basali truncato, lateribus rectis versus apicem fortiter incrassatis, apice quam basi triplo angustiore; scutello sat magno, impresso-punctato, basi depressa detecta; hemelytris cuneo brevi perpendiculariter declivi, fractura profunda, vena clavi suturæ appropinquata recta, vena corii juxta suturam clavi non nihil arcuata margineque interiore embolii omnibus transversim dense et fortiter carinulatis, vena cubitali corii nulla, hemelytris cetero levibus, parce pubescentibus, embolio versus apicem dilatato; membrana areola magna, unica, vena ejus brachiali versus basin arcuata; metastethio orificiis parvis rotundatis; pedibus breviusculis, coxis posticis ab epipleuris hemelytrorum longe remotis, femoribus gracibus, tibiis muticis.*

9. **P. picea**, n. sp. -- *Obscure picea, subtiliter parcior pallido-pubescent, inferne piceo-nigra, nitida; capite, dimidio basali articuli*